

stra. Sepulchrum est, sed quasi falsum sepulchrum: equidem apparet inter phalanges gloriosus, quasi non esset sepulchus. O Iacob!

Claud. de Phoen. v. 50

Falsisque sepulchris Nates habitare vices.

Iob. 3. 24.

24. Originem huius gloriæ singularis indicat Iobus. Fructus insignes in pacem explicat, ubi Ducis optimi virtutem signat. Scies quod pacem habeat tabernaculum tuum. In tabernaculo collocatum, corpus colitur Iacobi. Unde igitur alterio firma de pace? Ingrederis (ait) in abundantia sepulchrum. Quilibet homo, functus fato, in sepulchrum ducitur: Iacobus ingreditur, dum gravitati corporis celsit lapis. Inde pax & tranquilla. Pax sanæ cum abundantia. Qui in sepulchrum ducitur, ad libitum non egreditur, qui potest ingredi, potest egredi: Iacoboque in tabernaculo collocato, Hispanis pax & abundantia pacis; quippe è sepulchro egrediens illo- rum præterit hostes. Inter numismata Antonini Pij (ut dicemus hic Tautolog. 10. D. 4. num. 8.) vel Nervæ, ut placet nonnullis, fuit imago fulminis quiescentis in lectulo. Vigilantius solummodo Iacobi filij tonitruum. In sepulchro quiescit, dormit, sed qui fulmen, in auxilium vigilabit: equidem si ex tumulo viderit hostem, expurgititur, qui dormire videbatur, trifulcum fulmen.

Ves. 16

Cur in sepulchro non iacet sed dormit

—Haud frustra Indicia occultæ Diæni perquirere mentis, Unde volans ignis pervenerit, aut in utram se Verterit hic partem: quo pacto per castra septa Insinuavit: & hinc dominatus, ut extulerit se. Quidve nocere queat de celo fulminis ictus. 25. Sepulchrum olim signabatur imagine cordis (de quo egimus saepe, & loc. cit. n. 6.) ut inquit Pier. Valerian. lib. 34. cap. 15. Haud, dilectione erga suos N. Apostoli, opponitur origo vitæ, mortalitatis indicij. Cor habet in sepulchro, quia vivit in eo. Apponit erga eum cor suum; quia patronus & protector noster est: igitur amore ductus, fide nationis affectus, si aliquid malum grassatur, è conditorio, quo dormit, in protectionem egreditur. Stemmata Gallicæ hierotheca sunt sacratissima Eucharistia: corpus etiam habet Iacobi. An sine mysterio speciali nexus? Misimè: pridem signatus. In indicem vastationis hostium, ex illis uni per somnium, videbatur quasi subinericius

Lucret. d. à v. 379.

In illo est vitæ aditæ spanie protectio venæ.

panis ex hordeo voloj, & in castra Madan descendere: cumque pervenisset ad tabernaculum, percussit illud atque subvertit, & terra funditus coarctavit. Respondit ei cui loquebatur: Non est hoc aliud, nisi gladius Gedeonis. Hoc somnium verum: scuto enim Eucharistia iungitur gladius Iacobi. Superfedo quippe aliò dixi hic, Tautolog. 3. Didasc. 8. n. 13. De Aiace occiso, cui dolo Ulysses surripuit arma, ait Pausanias, cap. 34. Aiace templum cum statua videtur. Post Ulyssis naufragium, arma ad Aiace sepulchrum per aquor delata sunt. Epigramma de lucessu efformavit Pallades, ut est in Antol. Græcor. lib. 1. Unde Claud. Minos decerpit, Alciatusque Emblem. 28. fuccinuit:

Indic. 7. à 15.

Acacia Hectoro perfulsum sanguine scutum, Insuper eripuit Neptunus in equora iactum Naufragio, ut dominum possit adire suum.

Pausan.

Alciat

Ocellus gladio Iacobus, defensor Hispaniæ cecidit Hierosolymis: cum illo distans scutum Hispanis, quippe quò cecidit, terra possidebat corpus, in quo protectionis clypeus. Eius templum misificum cum statua videtur: sed auxilium Hesperie desideratur. Unde venit? Per equor sanè transtitit: igitur ubi sepulcus Iacobus, flaccibus sequetur clypeus; iustiore mari, in montem Iberiæ: equidem in sospitatem irruentium discrimina: haud aliud scutum habet, nisi Iacobum, iacent vel florent ossa: lurè dies celebrandus ut Pascha. Masculus in Lyric. lib. 9. Od. 11.

Et eius cadaverem venit libere

Mascu.

Visus protervum plus vice simpliciter, Urgere Maurum, castraque barbarâ. Ingens Iberi gloria nominis Iacobe, calum latinâ fremit.

DIDASCALIA VI.

Martyrium Iohannis sub tyrannide amoris.

FRATER sequitur fratrem, uti fulmen fulmen, ut orbis totus utriusque demiretur virtutem & splendorem: etenim ut ait Seneca à v. 300. Hippolyt.

Senec.

In prole fulminis, opifex Trifiduli fulminis sensit Deus. Graatius istas bellifer sensit faces. Hinc Deus: omni regnat in terra potens. Nihil

Levit. 23. 49.

Rupert.

Quare myrio est Lertari

Mascul

Berchor

Abd. Ba byl.

Gravil

Plinio. Myrtus prietas

Ips. 55. 13.

Mataan

Pausan. Felicitas perforata

Nihil mirum si fulmen plauditur, qui amore percutitur, atque amore moritur. In eius Symbolum, uti præmissimus, Tautolog. 1. D. 6. n. 14. exponitur myrtus, Ramos ligni densarum frondium, idest, Myrtum. Lorin. hic. In Ioannis Gemma, ut Rupertus loc. cit. lib. 2. cap. 37. inquit: In isto dilecto Domini, quasi ramum ligni densarum frondium, quia densa & altissima scriptura, ab æterno incipiens principio, fidem rectam exornat. Ipse enim mundo rudis splendoris ostendit, quem mundus præ tenebris non cognovit. Baptista caro factum Verbum divinum demoustrat: aliter Evangelista designat: igitur idem in sinu Patris ostendit, antequam caro fieret. Unde Masculus, 9 Lyric. Od. 7. accinit:

Immortale tuens, principis alicui Instar, lumen & agis te super athera. — Patrio Numini dædicas Insignem sobolem.

Myrtus valet contra ictus scorpionis: inquit Petr. Berchor. 12. Redactor. cap. 97. Eluceat virtus, dum inter scorpiones floret illasus: etenim calicem veneno cætorum serpentium libens ebibit; sed ei neque virus nocuit. Zachar. Lipetoo, in eius Vita, & Abdias Babylonie. lib. 5. Intrepidus & constans accepit calicem: serpens conquisit: draco fugit, siles vipera, rabet i torpescit, scarpus extinguitur, regulus vincitur, phalangis nihil operatur. De myrto Grauyie, 17. de Propriet. verum, cap. 101. Contra fluxum sanguinis utiliter exhibetur. Proprietas eluceat symboli: Iohannes martyrium pallus, sed sine sanguine. Etiam Arbor fatidica dicitur à Plinio, lib. 15. cap. 29. Aptè conditio cadit, dum Iohannis præsentia floret: quandoquidem singulari intelligentiâ, prædixit in palmos illustrissima futura. Iam pro arctica crevit myrtus, ut promiserat Vates Evangelicus; igitur in horto florido Ecclesie, myrto mystica Ioanne, miraliter videmus caelestia terris ostendere, futura prædicere, venena premere, ac sine morte mori.

—Virens redolenti tempora myrto. 2. Nitent ultra mysteriosa symbola. Myrtus dicata inter Bênicos Amori. Plin. d. Ravif. Textor. 7. Officin. cap. 17. & 18. Natal. Comes, 4. Myrbolog. cap. 13. ex Virgil. Eclog. 70. 61. & 5. Æneid. v. 71. Velat materna tempora myrto. Pausanias, cap. 20. & 75. Myrtus ostenditur (inquit) perterebratæ solis undique: eam sanè talem ab initio fuisse negant; sed ex amoris

agrimonia. Unde Pier. Valerian. lib. 50. cap. 29. subdit: Est myrti genus, quæ folia habet perforata: per hanc amoris vulnera, microscopice ipsam, quo plurimum amantes ex desiderio consuevit, significari tradiderunt celebres doctrina viri. Arbor amoris in Ioanne præ se fertur; cuius cor (ut singularis myrtus in Ecclesie viridario ad ornatum demonstratur) allectum delicias amantis, quod habebat in delictis, Desiderio proficitur, cæterum gressus suspenditur. Caput fursum evolare, sed compeditus carnis nequit moveri. Amoris ægritudine laborat, quippequam quod optat, distat. Quolibet amantis votum, visceribus figebatur ut telam: corque Iohannis perforatur sagitis, ex ægritudine amoris; equidem pro dilecto cupiens effundere sanguinem, ictus iugulo imminens patiebatur suspensionem. Expectans Expectavit Dominum, Iohannes exponitur martyrium & desiderium: expectaturque expectatio, dum studet toto peccatore martyrio; ut constet dolor vehementior, ubi nullus carnis dolor: vicem alij expectant avidè necem, cæterum? Iohannes expectationis passione. Frana amori volanti gravia vulnera, quibus te- rebrantur corda: ictus cordis clarè necis, qui dimanat ex commutatis expectans: expectatioque pro morte sufficitur, ubi sine morte dilectus Domini moritur; quippequam martyrium habuit, in decus religionis singulare, ex martyrij expectatione.

Pier; Valer.

Pf. 19. 2 Martyrii enim crudelitate, ex martyrij expectatione.

3. Promiserat Dominus, utrumque fratrem (. dum throni cupiebant sedes) obtentum ire per mortem superiora maiestatis. Calicem meum bibetis. Frater Iacobus dato iugulo prægravitavit, & bibit. Bibit & Iohannes: Bibit utique & multoties, ex diuturnitate temporis. Quoties te rogavi (dicit ipse apud Abdiam Babylon. d.) ut ad te venirem; dixisti tu: Expecta. En calix: expectando calicem bibere, bibit calicem. Ab ipso enim exponitur ex sententia Salvatoris, quantum doloris sine vexatione cruciaminis. Ille accessit, piscantibus discipulis, habitu ignoto, & Petrum fugit cognitio: Iohannes vero statim dixit huic: Dominus est. Amabat, amabatur. Acuitur mens colyrio amoris. A Ioanne, vel non pulsante dilecto, cognoscitur vox dilecti. Primus, qui diligitur videt, quia semper amoris oculus acutissimus instatur, & semper vivacius, qui diligitur, senit: inquit Chrysolog. Serm. 78. Vidit, & Petro enunciat, quem super petru-

Math. 20. 25.

Abd. Ba byl.

Ioann. 21. 7.

Chrysol. Cur solus Corinthus non cognovit, eius in litore staret.

Etus eius in cona cognoverat: equidem um fide responderet amanti, cuiusque signa remanent in corde; vel dum immutavit vultum, cognovit esse dilectum. Dominus est. Signavit oculus, quem prae-cognoverat pectus: igitur ne fugeret vel alia facie cognovit; in corde flagrante amore, perseverabat imago. Alapide hic ait: Ioannem, dum Petrus occuparetur in atratione veris, tot piscibus pleni, accuratius Iesum inspexisse; ac Iesum pristinam suam speciem primo obicisse Ioanni; quia cum maxime diligebat. Alia cogito, quo difficilis textus splendebit expolitio.

Alapid.

Verf. 24

Cap. 8.

Verf. 16

Sedit in eius pectore imago Christi.

Matth. 3. 17. 17. 5.

Et quaerit

tium interrogare eum, Tu quis es? scientes, quia Dominus est. Unde igitur tunc sciebant, si non cognoverant? Ellect quanta Dilecti inter Apostolos fides. Cognovit Ioannes, in pectus reflectens lumen, ut tueretur in imaginem. Cognovit, ostendit: ceterique cognoverunt praesentiam Salvatoris; ex revelatione Ioannis. Sedulus lib. 5. Carmin. v. 408.

Unanimes nota Domini bonitate fruuntur, Et Christum sensere suum.

5. Needum scopum attingimus. Tunc post prandium Salvator dixit Petro: Sequere me: Id est, per imitationem crucis & mortis. Chrysof. hic & August. Tractat. 124. Martyrium ergo Petri indicat, & claritatem; tuncque Petrus vidit illum discipulum, quem diligebat Iesus, sequentem. Ioannis, ut loc. praef. subdit Augustin. commendatur pretiosa mors, quam nequaquam commendat martyriam: non enim cum pro Christi fide, Christi persecutor occidit. Videtur argumentum implicare. Si uti in Petro martyrium indicat sequi, & sequitur Ioannes; quomodo sine martyrio in articulo mortis? Lucet Ioannis eximius amor, atque dilectionis intima fervor, ultra appetentis, quod fiebat in Petro, fulminato precepto Salvatoris: igitur dum Petrus in martyrium sequi iubetur; Ioannes ad martyrium illud iam magistrum sequebatur. Unde martyrium: Patet: frustratur propositum; & dum sequitur, cruciatur tormento acriore; quippe impediatur sequi. Innuit Christus: Sic enim volo manere, donec veniam: quid ad te? Tu me sequere. Dum a martyrio excipit, martyrem suscipit: qui Intensus amat, incendium cordis per vulnera probat: & dum Ioannes amore vulnera sequitur, in illa ducitur: & sine vulnere sic manere signatur; ut rurilet palma, ac sine sanguine illustris de ditrate victoria: quandoquidem summa poena, martyrium pro dilecto diligere, y sic stare. Maneat ergo Ioannes sic: quid, crucifigendum ad te? Ad te non pertinet effusione sanguinis; sed ad me pertinet ex vulneribus amoris: igitur manus amanti vulnus in corde, sequi velle, & sic manere. Exiit sermo inter fratres: quia discipulus ille non moritur: & non dixit ei Iesus: Non moritur; sed sic enim volo manere. Sciebat Christus conditionem amoris, & pectus flagrantis Ioannis. Quomodo mori non poterat, qui mortem pro amore obtinere non valebat? Mors utique amanti, mori velle, sed non posse: tendere ut dilectum videat in

Verf. 21

Verf. 19

Verf. 20

August.

Verf. 22

Verf. 33

Vita

Iesus, 20. 12. Car plau ditur uti Sedit

Alapid.

Martyrium, nate sic.

Ioanna. 6.

Marc. 14. 34.

Hilar.

Ovid.

vite occasum, & velocioris motus suspendi cursum.

6. Amor stare fecit Solem, ut amplius haberet lumen. Sol ne movearis: dixit Iosue. An proprietati Solis iniurium? Miraculum (inquit, quast. 10. Abulens.) quod Sol staret, celi & caetera stella moverentur. Sol plauditur ab Alapide. ex Areopagita, Ioannes, Prolog. in Apocalypf. Ipse orbis movebat, corda fidelium, ut per occasum tenderent in empyreum, & immortalitate lucis, ut stellae in perpetuas fulgerent aeternitates. Quando Domitian moderabatur Rom. imperium, Ioannes tendebat instar Solis ad occasum. Miraculo ex dolio exiit, & quasi a morte rediens surrexit. Unde scripsit: Martyrij calicem bibit hic athleta Ioannes. Ita Alapid. d. Miraculum quidem est, quod sic & in cursu staret Sol. Minime staret sine miraculo: tuncque Ioannes addidit acri martyrio; etenim amanti altissimum vulnus ingerit, quod ceteris ad palmam currentibus sic staret: quod flagrans intentione dilectionis, non sequeretur sequens aves volantes: quod alij sederent fauldo peracho cursu; & ille volans ipso in cursu permaneret sine motu. Exemplum videtur in Magistro coelesti (de quo Tomis prior.) dum accessit Samarit. Fatigatus ex itinere sedebat sic supra fontem. Habuit (quod nolebat) requiem: & cum laborem amaret; angor, quod amans sederet, ac laboris plus & plus; quod amans, & pro amore fatigatus, in votum sederet sic: Hinc tristis usque in mortem. Hilarius tristitia signat originem. Non itaque mors, sed tempus mortis in metu est (inquit Canon. 31. in Matth.) aliud est, Usque in id: & aliud, Ob id. Metuere nequibat, quod martyrium appetebat: & non morte, sed tempore mortis angitur; quippe differret. Haud considerandus articulus respectu finis, sed respectu temporis: nec moeret passione mori, sed tempus pati; igitur amanti cruciatur vehementior morte, pati sub tempore.

7. Iam in martyrio Ioannes verum, quod olim de Tantalio fictum, de quo hic diximus fusi Didasc. 3. n. 8. Ovid. 2. Amor. Eleg. 2. v. 41. accinit: Querit aquas in aquis, & poma fugacia captat.

Inter aquas persecutionum mortem quaerit Ioannes, sicut ac fime ductus amoris; ut scietur gloria dilecti, cuius imaginem habebat in corde. Fugit aqua, fugiunt omnia mortemque acerbam patitur amanti amanti

ma; quia patiebatur sub tempore, quod nequibat pati morte igitur in mortis tempore, quod anxie expectabat animum, moriendi fugiebat tempore. Fatigatus sedebat sic, & quia sic sedebat, plus ex quiete fatigatus. Usque in mortem angitur, cum mors ab amante desideretur. Aliud est, Usque in id; & aliud, Ob id. Non mors vixit, sed tempus, ex quo cruciatur: equidem vulnus, pro morte flagrantis, pectoris, quod labatur in tempore tempus mortis. Mori optare, & sic manere: pati velle, & esse sine passione: posse volare & sedere. Quid mirum, quod sine morte moriatur, si mors amanti impeditur:

8. In Christi alloquio tam Petri, quam Ioannis martyrij fit explicatio; quia uterque sequitur, ubi mors pro Salvatore recollitur: illius martyrium sanguinis, Ioannis amoris. Petri, Alius te cinget. Ioannis, Sic enim volo manere. Non alius, sed ipse cinxit Ioannes, quippe passus incendia dilectionis, volens pati, sed non potens. Manu sic, & arit cor; siquidem amanti grave sanguinem in effusionem habere, nec posse estundere.

Amores quot amantium, tot ignes. Inquit Guilelm. Helius, lib. 3. Cbarit. Emblem. 28. Quid Tot ignes? Tot mortis: toties regeritur ictus, quoties in mortis optate praesentia refugit tempus Dilecti Tyrannus Amor, dicebat Plato in Cratyl. Aliter Euripides in Pvaniss. v. 1146. Dirus Tyrannus amor. Amori sane dulcedinis suavitas: unde tyrannica diritas? Ab effectu, ubi accedit dilectionis plenitudo. Tyrannus vitam ab odiosis tollit: amor a dilectis rapit. Tyrannus vitam admittit, sed ut iterum tollat, non restituit. Amor vero rapit, reddidit; sed ut iterum rapiat, & per mortes eius vehementia innotescat: igitur cum mors pro dilecto, summa sit fides amantis, & signum extremi amoris; parum obsequij in amante videtur, si semel pro amore moritur. Dicit Paulus, Quotidie morior. Quotidie? Statutum est hominibus semel mori: utique, sed saepe pectori amanti. Occurrebat persecutio, ut vita in meliorem tolleretur (quippequam gloria optabatur) sed praeteribat, quasi non venisset. Amor vitam arripuit, caeterum reddidit. Quotidie cursum in mortem obviis, vel occurrit; ipsoque in tempore interfugebat tempus. Quotidie voto amanti vitam dicebat; verum amor restituebat. Erat dulcedine dirus tyrannus, per dirum ministrum tempus; quo vita iugulata &

Patitur sub tempore, quod nequibat mori.

Tibull. 1. 3. v. 65.

V. 18. & 22.

Martyrij Ioannis sub imperio amant.

Gul. Helius.

Plato

Euripid

Amor cur dulcis, si non que Tyrannus

1. Cor. 15. 31.

Quae est amor est, multiplicata mori

Tea

restituta, ut amans sepe moreretur in vita: equidem fides amotis tormentis gaudet amantis: quotidieque mori, dicit vivens Paulus, ubi tempore mortis praterit tempus; quoniam amanti Salvatorem, martyrium acre, pro illo ad illum posse mori, & sic manere.

Benec.

9 Phisice cogitat Seneca Epist. 24. Quotidie (inquit) morimur. Non repente nos in mortem incidimus, sed minutatim procedimus. Verè, quia quò plus vivimus, extremo magis accedimus. Nesciebat amoris ingeniosam virtutem, ut mortem constanter pretiosorem: etenim cum amor in gaudium vitam tollat, ut restituat mortem amanti ostendit, sed in ostensione fugit: etenim amor in pectore augetur, dum sepe pro dilecto diligens moritur. Apud loquitur Epist. 9. ubi: Si vis amari, ama.

Idem. Unde amanti dulcedo & amaritudas.

In quid amicum paro? Ut habeam pro quo mori possim. Elucet Ioannis exardescens coris & quare, quem diligebat Iesus. Amavit, ut amaretur. Habet dilectus amicum, pro quo moriatur: at cum mori propter illum sit dulcedo, inest dira amaritudo; quoniam acre amanti, posse ad illum sanguinis effusione transire, & sic manere. Ut ananciantur studia eius, cum libro pietus amor ingeniosus. Vide dicta Tautolog. 1. D. 6. n. 4. Sicine Ioanni liber offertur, quo stader amor. Accepi librum (ipse ait) de manu Angeli, & devoravi illum: & erat in ore meo tanquam mel dulce: & cum devoravissim eum, amaricatus est venter meus. Alcazar: Cor & viscera mea. In libro amotis passio pro dilecto continebatur: Ioanni simulque fratri promittitur: Bibetis & calicem meum; quia Christus aperuit librum, & solvit signacula eius. Accipit librum Ioannes, quem lector primus prevenit in benedictionibus dulcedinis; igitur dulcedo amanti, pro dilecto pati posse. Quid dulcius? Quid felicitus? Morde & passione probatur, quomodo & quantum diligitur. Mors occurrit, sed recedit: iterum adest, sed fugit: Ioannisque torquentur viscera, dulcedo que fit amara; quippequam acerbum vehementer amanti, morte velle fidem ostendere, & mortem in morte fugere. Grave, differti gaudia ex inferenda pena, cum tempus veniat, ut volatile fugiat: quandoquidem voti optati dilatione, videtur finis temporis sine fine. Molestum utique sepe mori: esse in moribus frequenter. Mori & vivere: velle pati sed non posse, cum possit pati: unde calix dulcis fit amarus: suavis quidem fit acerbus; iteratur-

Apocal. 10. 10. Alcaz.

Ioanni tormentorum su

1. Cor. 13. 23.

que martyrium crudele; quippe amarum ex dulcedine martyrium, sine passione & morte martyrium pati: propter fidem promptum habere sanguinem in effusione; atque suspendi demonstrare fidem: denique ardore cordis martyrium pro dilecto diligere, & sic stare & manere.

10 His signis Ioannes pingitur, ut a cunctis in Ecclesia cognoscatur. Dilectus Virgini-Matri Filius, per crucis mortem ab illa declinaverat, atque transferat. Quæsi- vit, & non invenit: vocavit, & non respondit. Sed, iam stetit iuxta crucem, percussa atque vulnerata. Amore languet, quin languat amor; unde de dilecto inquirat. Qualis est (dicitur illi) dilectus tuus ex dilecto, o pulcherrima mulierum? Qualis est dilectus tuus ex dilecto? Non inquit Mater. Virgo de dilecto dilecti, sed de filio dilecto. Non inquit, sed appositi qui pœne comes respondet: equidem tunc, si de filio dilecto; Ioannem habebat pro filio. Dilectus dilecti Ioannes est: hic itaque quem diligebat Iesus: Iesus ibi iam non erat, quum iuxta crucem stabat: pro filioque designat cordi iure Dilectus dilecti; quia pro filio dilecto habebat dilectum filij. Pende contextum. Qualis est dilectus tuus ex dilecto, o pulcherrima mulierum? Respondet acturum: Dilectus meus candidus & rubicundus. Haud categoricum videtur responsum in huiusmodi articulum. De dilecto dilecti, atque specie illius inquiratur: unde ergo de dilecto demtaxat à Virgine respondetur? Apie quidem, & in Ioannis amorem & honorem. Dilectus dilecti Ioannes est: Dilectus verò, Iesus: & pro dilecto dilecti designat Virgo dilectum; quippe Ioannem Virgo-Mater iam habebat uti filium. Ioann. Melchior Soufa, de Christi passione. v. 8. 12.

Clarò solatur amore Rebus in angustiis: diva memor ille parentis, Discipulum matri, matrem commendat & illi.

11 Modò in dilecti signa, quæ dilecti à dilecto illustrissima nota. Scimus, quis sciendum, Qualis est dilectus tuus à dilecto, o pulcherrima mulierum? Dilectus meus (inquit) candidus & rubicundus. Variant colores, ut cognoscatur qualis. Si color oppositus, quo pacto simul candidus & rubicundus? Per amoris & charitatis ingenium: inquit Ghisler. hic. Quodnam ergo ingenium charitatis, ut Ioannes fulgeat candidi notà & rubicundi coloris? Rutilet utique candore, quia quæsit in

Cant. 5. 9. Dilectus quare dilecti, si mulierum Dilectus Virgini-Matri amore.

Verf. 10

Soufa

Ubi fug

Chisler

pa-

pace. Sanguine decoratur, qui effuso moritur. Unde igitur color rubicundus sine nota sanguinis: Martyrio & ingenio amoris. Vicem pro dilecto offerre; dulcedo amanti. Velle & votum non adipisci, martyrium; quoniam obsequia impediri amarissimum tormentum. Mors cruenta tot perfectionibus Ioanni occurreret: ut dilectum videret, ad illam per vulnera properabat. Iam adinstat Abrahæ in iugulum gladius extensus; verum de caelo suspenditur gladius: diciturque Ioannes Candidus & rubicundus; ut innotescat amoris tormentum, per ingeniosum è charitate martyrium: equidem martyrium grave, toto anisu pro dilecto pati velle, atque dilecti arbitrio non posse pati: in dilectum anxie currere, & simul cursum à dilecto suspendi: sic manere, ut passione eorufque fragrantis cor, & in flammis sine vulnere ad vulnus manere sic: iure igitur Ioannes vulneratus charitate, candidus atque rubicundus dicitur, quasi sepe pateretur, qui sepe ab amore tyranno martyrium patitur. Iam ergo cognoscitur qualis Ioannes, y coloribus insignis: inter socios elucet candore sanguinis.

Unde fimo candidus & rubicundus

Epiph.

Ubi sup

Chryf.

Quo patet violenter mortuus si non occisus

12 Ioannes singulari & admirando quodam modo obijt: inquit Epiphani. Hæres. 79. Svariusque altruit, Tom. 2. in 3. p. D. Thom. Disput. 55. sect. 3. Martyrio fulget inclutus, cui non patienti, passionis hæret singularis modus. Designat Christus. Ambientibus in thronis primatum sedem; illi & fratri dixit: Potestis bibere calicem? Ab illis asseritur, Salvator annuens placidè suffragatur: Calicem (inquit) meum bibetis. Verum quomodo? Magna vobis bona. Martyrij enim coronam portemini, & violentè morte, sicut & ego, a vita decedatis: subdit Chryostom. hic. Homil. 66. Unde Ioanni violenta mors, dum iussit manere sic: Quia sic præcepto dilecti mansit, violenter amor occidit. Totum propositum cordis intimo amore flagrantis, est fidem demonstrare passione mortis; ut vulnera altius impacta, sint cordis signa, queis dilectum posse videre, & vulneribus agnosci: violentaque morte tollendus dicitur Ioannes, qui sic in vita mansit sine vulnere mortis; quoniam tyrannice fecit amor, quod omisit perfectior: etenim cum dira mors demonstratio vehementis amoris sit; mortem patitur crudelem, quippe non patitur mortem.

13 In Christi expositione liquet utriusque mortis in fratre utroque discrimen.

Tom. VII. Tautol.

Calicem quem ego bibo, bibetis: & baptismo, quo ego baptizor, baptizamini: dixit illis. Quid ad litteram, promptissimus fuit à num. 32. Cur igitur passio à Salvatore signatur modo sub metaphora calicis, modòque sub figura baptismatis? Ut passione utriusque vivide significaret: equidem bibituri, aliter tamen, & aliter. Alius sic, alius verò sic; quia gratiam dividit Spiritus, prout vult. Est passio signo cruoris, calicis notà: est passio signo charitatis, cuius symbolum flamma: utriusque enim Salvator signat martyrium, exponens calicis atque amoris tormentum: equidem calicem hausit Iacobus per nificam virtutem; quia effudit sanguinem: similiterque Ioannes avidè bibit, quia sanguinem non effudit, patiens sub flammis amoris, quantum est vulnereis effusione sanguinis. De Iacobo diximus, Didasc. præced. num. 17. & 20. bibi sic calicem fratris; unde Ioannes remanebat sine corona passionis. Non triletur: habet flammis, quo vita per totam vitam cruciatur; quippequam pro dilecto, sanguinis effusione non offertur: Ioannesque cecidit intimè vulneratus sub sagittis amoris, cupiens signare fidem significans; quoniam dolor acerrimus æstanti cordi, sic manere in martyrium, & sic manere.

Marc. 10. 39.

Quisquam calix à Ioanne hausit, si totum bibit lacobus

14 Perpende emphasim verborum Salvatoris. Calicem (ait) quem ego bibo, bibetis: & baptismo, quo ego baptizor, baptizamini. Quem bibo? Quem bibiturus. Quo baptizor: Baptizandus. Quousque veniret passionis tempus, nec sanguine baptizandus, nec dolorum calicem bibiturus: modòque dicitur, calicem bibere, mortemque pati; quia pati desiderabat, & pro dilectis sine passione manebat, orto cruciatu martyrij ex martyrij dilatione: igitur cum maneret sic usque ad præfinitum tempus à Patre; tempus impediabat diram præ amore passionem, & in hominum studium totum effundere sanguinem. Ipe dicit: Ignem veni mittere in terram: & quid volo nisi ut accendantur? Baptismo autem habeo baptizari: & quomodo coarctor, usque dum perficiatur? De cruce & morte ex passione loquitur; dicitque Coarctor: crucior, patior. Si venturus, unde dolor? Quia venturus: etenim cum amor excitaret, ut statim effusione sanguinis redemptionem perficeret; patitur modò mortem, quia non statim. Ubi amor ibi dolor: accendebatur sis præ flamma amoris: & non à dolere pre-

Ubi sup

Luc. 12 50.

Quid fit pati sub cruce amoris

Xx

mi-

mitur; sed à dilectione arctatur; quia cum bibere vellet passionis calicem, non usque ad facietatem quibat extinguere sitim. Premitur, quosque obsequium ipsa morte perficitur: quia cruce non perficitur, crucem acerbiorē patitur: morturque ante mortem dirioribus cordi ponitur; quia patiebatur anxie sub cruce amoris. Hinc dicit Patri: *Opus consummavi, quod dedisti mihi ut faciam.* Necdum consummatum opus morte crucis; igitur tempus nondum venerat passionis: & cum iam passus dilationis vulnus, dicit passionis consummatum opus; quippe sub voto mortem passus est crudelē quoniam non passus est mortem: quia mansit sic, quoniam non aderat crux: quia passus sub gladio temporis, quod sub valneribus crucis.

15 Maeste animo inelyti heroës, fidei pugiles, Christi athletæ, in Olympicis pæneratici, Deo spectaculum facti singularibus agonibus, atque theatrum & Angelis & hominibus. Influxit ignis in vestra corda, quem voluit Magister accendi in terra: & quasi non sufficeret in sitim cordi flagranti, petitis ignem de celo descendere. Bibillis calicem & sanguinis & baptisimat; etenim Iacobus amore languit sub tyranni gladio: Ioannes verò sub charitatis incendio, movente acriorem passionem; quia pro dilecto non valuit totum effundere sanguinem. Vide in *Litter.* num. 26. & *Tom. 5. Tautolog. 4. Didasc. 1.*

Martyrij huius excellentiam delicat vel in se Paulus. *Semper mortificationem Iesu in corpore nostro circumferentes, ut & vita Iesu manifestetur.* Ita amor Salvatoris, pro redemptione servitutis humani generis: equidem vivere tantum dicitur, quando pro hominibus patitur. Christus mortem passus est per crucem: quo pacto Paulus vocat mortificationem? O dolor! Quid non studuit ingeniosus amor? Totum Salvatoris in vita propositum, salus fuit pro amore mortalium; ut eius sanguine efficac nanciscerentur remedium. Prævidit calicem: proposito gaudio, sustinuit crucem: pridemque à Paulo ostenditur mortificatus; quippe mortem optatam suspendit tempus. Amanti sanè sunt tela, diserti gaudia; coarctabatur, ut pateretur: dilatione mortificabatur: & quæ in vita mortificatio, mors dicitur; quia mortis excedit panam, expectare, atque mortem differri per totam vitam. Vernacule: *Es una muerte con el mayor tormento; por que una mortificacion de por vida, es un martyrio.*

Ioann. 17. 4.

2. Cor. 4. 10. Vita dicitur Christi, pro hominibus pati.

Et mors propter vitam

16 Siparium extenditur in amore atque certamine Ioannis. Gloriam martyrij Petro audienti, ac de Ioanne interroganti, dixit Servator N. cui cura universæ: *Sic cum volo manere, donec veniam.* Donec veniret de caelestibus ille, Ioannes est vita non potest egredi. Christus desideranti non apparebat: nimis desiderabat pro illo mori, ostendens in flammis amoris adsumum cor; unde clamabat: *Veni Domine Iesu.* Veniens veniebat, sed Ioanni, quod citò, videbatur serò: tuncque iruebat mortificatio; quæ in mortem transibat; quia mors veniebat. Unde si martyrium Ioannis ex absentia Salvatoris; tota vitæ martyrium & mortem habuit, donec pro quo moriebatur, aperta gloriâ veniret. Aliter Petr. Damiani, de Ioann. *Evang. serm. 2. Volo manere donec veniam. Veniam (ait) non mittam. Non mittam Angelicam potestatem, aut supernam virtutem: ipse veniam, ipse egredientem eius animam in gloriae claritate suscipiam. Quia mirabiliter vixit, mirabiliter obiit.* Mirabiliter vixit, dum tota vitæ fugâ mortis mortem habuit: igitur vivere continuum subiens sub amore martyrium; sanè miraculum. Secundum multitudinem dolorum in corde, Iesus nuduit solamini: equidem amor dilecti amoris respondit; & non expectavit, ut veniret, sed illum ut traheret, mirè de celo descendit.

17 Ioannes se desposuit in sepulchro: ait Gregor. Turonens. 1. *Histor. Franc. cap. 26. Seipsum vivus adhuc sepelivit:* Dorothe. in *Synopsi.* & fusc Abdias Babylon. loc. cit. Singularis frater in sepulchrum concordia. Iacobus (ut præmimus *Didasc. præced. num. 22.*) in saxum se sepelit mortuus: Ioannes se sepelit vivus. Unde ut Damiani d. asserit (cum alijs plurib. ex Abdia, in fin. lib. 5.) in *fovea, nihil aliud post inventum, nisi manna; quod usque hodie featurire non desinit.* Augustin. in *Ioann. Tract. 124. Suavi vitam* (inquit) *featurigine pulveris indicari: qui pulveris stani quiescentis impelli. Super humatum corpus ipsa humus quodammodo vivere ac spirare videatur.* Quid hoc, & quorsum?

Mortuus ut vivas, vivus mortuaris, oportet. Amor in morte restaurat, quod in vita ingeniosus ademerat. Dicit aliò Claudian. de *Bell. Gildon. v. 277.*

Hic manet, ut moveat. Terram movet, ut indicet vivere: dormit in pulvere: & in morte vitam habet, qui in

Apoc. 22. 20. Ioannis vita in martyrij pugna.

Petr. Damiano Ad illum Christus de celo descendit.

Gregor. Turonens. de Dor.

Se sepelit

Damian

August.

Ovven. 1. Epigr. 49.

Clandi.

in

in vita toties mortem acerbam sustingit. Vitale sanè pectus, quod probat motus. Cor amor mirabiliter inflammat: adinstar Seraphim Ioannes stat & volat.

18 *Ingresseris in abundantia sepulchrum:* dicit Iobus. Ioannis præ se ferat articulos. Ingressi? Sanè. Indicat, morte non mori: igitur minime moritur, qui sepulchrum in aspiramen ingreditur. Motus vitæ signam est. Sepulchrum negat motum, quia qui movetur, non ducitur in sepulchrum: Ioanneque non ducitur, sed ingreditur; igitur vel in morte vitali fungitur habitu, si movetur in sepulchro. Pendet. Non solum sepulchrum ingreditur, sed cum abundantia. *Sicut inferitur aceruus tritici.* Triticum in sepulchro, & cum abundantia? Sunt tantum Ioannis insignia, quoniam solus ingressus, quod ingreditur nullus. Soufa hic luccini:

Locuples seram ingrediere sepulchrum: Funeris exivimo celebrare ductus hondre.

Qui in sepulchrum trahitur, ibi ut cadaver invenitur. Aliter in Ioanne, qui vivus in sepulchrum ingreditur; quandoquidem quia elatus super, in sepulchro non invenitur cadaver. Eius fecit miracula in spectationem amor, & fuit amoris honor: etenim insigne miraculum, & singulare prodigium, Ioannem in sepulchrum ingredi, & manna salutariter inventi pro cadavere. Sepulchrum, Ioanni promptuarium: eructat ex hoc in illud. Quid sepulchrum eius, nisi frumentum electorum? In eius sepulchro non nisi manna invenitur: ait Hieronym. *Tom. 4. Epist. 10.* Ioannes in sepulchro quaeritur? Non est hic: ecce locus ubi positus est. Non dedit Sanctum suum videre corruptionem, puritatem totâ vitâ servantem: etenim dum cælum etiam corpus ad se traxit, in sepulchro pro signo manna sufficit. Vincenti ingredienti sepulchrum, veniens Iesus manna dedit absconditum.

19 Cur ergo non flores, aut alia prætiohiora, sed solum manna exponitur Ioannis stemma? Manna omnibus omnia: deserviens uniuscuiusque voluntati, ad quod quisque volebat convertebatur. *Hic est discipulus ille, quem diligebat Iesus, qui & recubuit in cœna super pectus eius.* Insignitus, dilectus, & dignatus. Dignatus Christi latere: insignitus munere, dilectus singulari favore. Hispanicè: *Valido Amado, y entre todos escogido*, munere, favore, latere. Latere, quia recubuit super Salvatoris pectus, in quo sublimior amicitia thronus. Munere, ab illo tradi-

Tob. 5. 26. Quia inventa est miraculo

Ibid.

Soufa.

pro cadavere Manna sufficiens.

Hieron.

Ioan. 21. 20. Eius insignia.

tâ matre, speciali dilectione. *Favore*, ob gratiarum cumulum: quippe signatus mysteriorum organum. Hic & hoc est discipulus ille. Cupis plus? Hic autem quid? *Cherub Dei, tubar cœli, aquila caelestis,* ait Damian. d. Beniamin clucet inter duodecim discipulos Christi, & adeptus à Virgine Matre, sapientia abyssus, supremus, inimitabilis Theologus, charitatis fornax, amoris lampas, Phoenix in igne, Sol Ecclesie, magistri fulmen, radius claritatis, decus splendoris, thesaurus charitatum, compendium gratiarum, Verbi æterni secretarius, Virginis custos, si delium delicia, virgo sine labe, martyr sine morte, vertex Doctorum, apex Prophetarum, sociorum corona, cunctorum perfungens gratia; igitur feliciter lauream candore obtinuit Doctoris, liliarum virginis, & roseam Martyris. Manna meritò eius expiit virtutem: habet enim omnimodò saporis suavitatem.

20 Constat quantum erga Iesum cordis amor. Spiritus Sanctus à Theologis cum D. Thoma, 1. p. q. 37. dicitur *Persona amata.* Quid de illo Christus, Dominus Iesus: Ille (ait) *testimonium perhibebit de me.* Stemmata Spiritus divini miramur in Ioanne. Hic est discipulus ille, quem diligebat Iesus, & testimonium perhibet de his, & scripsit hæc. Dum eius, & in eum exprimitur amor, simul effulgat honor: igitur singularis Ioannis honos, secretarius & dilectus. Eius studium claruit per obsequium: quandoquidem, ut ait Augustinus in *Ioann. Tract. 36. Exerxit se non solum super terram, & super omnem ambitum aeris & cœli, sed super omnem etiam exercitum Angelorum omnemque constitutionem invisibilium prestatum.* In convivio super pectus Domini discumbat: de illo ergo pectore in secreto biberat; sed quod in secreto bibit, in manifesto eructavit: ut perveniat ad omnes Gentes non solum incarnatio filij Dei, passio & resurrectio; sed etiam quod erat ante incarnationem, unitus Patri, Verbum Patris, coæternus generanti, æqualis ei, à quo missus est. Secreta celestia revelavit, & orbem à veneno Aquilæ hæc caelestis eripuit. Patiebatur Epheci, Proconsulis Romani, & Aristodemi, sacerdotis Dianæ diram persecutionem; postquam illuc redijt ex insula Patmo, ut rusticis populo ostenderet Christi fidem. Populus acerimè defendit, & fulminato Evangelio protectioni respondit. Ita Abdias Babylon. loc. cit.

Iconomia

Ioan. 15. 26.

Eius amor honor.

August.

21. In caelo collocatur ab Astronomis constellatione sub Aquile specie, plurimis fulgidis stellis ornata. A Poëtis de aëtherio variz fictæ metamorphoses de quibus ex profecto agemus in Epheuer. Itagog. Iannar. Aliquibus placet Rustici fuisse Aquilam, cuius ex Aliano texunt historiam, & Pier. Valer. lib. 19. cap. 7. & Nicol. Causin. lib. 6. Symbol. 22. Maximis Solis ardoribus (inquit Alian. Animal. histor. lib. 17. cap. 37.) cum ardentissime massores sitrens; unum e suis, ut aquam e proximo hauriret fonte, miseram. Ubi verò ad fontem venit, offendit aquilam quam stricissimè cantèque serpente circumplicatam, iamiam proximam, ut strangularetur. Agricola, vel quod non ignoraret, vel quò auditu accepisset, aquilam Iovis nuntiam & ministram esse, & item quod egregie teneret feram, & improbam bestiam esse serpentem; false eam dissecuit; & vinculis aquilam, unde effugere non poterat, exsolvit. Cùmque, his obiter gestis, revertisset, atque haulta aqua vinum temperatum omnibus ministrasset, is iam post illud bibiturus erat. Ad labra igitur poculum cum admovisset, servata aquila (circum locum illum etiam nunc versans) ut hanc mercedem sue salutis persolveret, sic in poculum involavit, ut poculum effunderetur. Ille, quòd graviter sitiret, indignatus ait: Hancne gratiam, cum sis illa, tuo conservatori refers? Cum hac locutus in siti, alios viset, ex venenata portione palpantes, extremum spiritum efflare. Itaque redemptionis premium ei qui se conservasset, aquila eum pari salute compensavit.

22. Opportune dicam cum Tertulliano, Catmin. de Sodoma, v. 117. Hinc habet in falso de vero fabula famam. Gratius beneficium solvitur ab aquila Ioanne, populo rustico Ephefi, dum illum protexit, eripuitque a sacrificulo, infesto, venenato dracone. Sitis premebat cives bibendi aquam sapientie, præter ostendat Ioannes de fontibus Salvatoris. Tunc virus aque paræ celestis doctrinæ miscuerit Cerinthus & Ebion, populo rustico medicum toxico præbentes poculum, negantes Christi divinitatem, solumque ex matre consistentes hominem. Populus rusticus aquam infectam laccine potare cupiebat. Quid tunc aquila Ioannes? Excussis alis ad rusticum volat, poculum frangit, venenum effudit, fulminans: In principio erat Verbum, quod in Virgine & tantum ex Virgine, caro factum; ut in una

Aquila infferri erica-lui.

Alian.

Tertull.

Car Ioan nes Aquila celestis

divina persona fulgeret duplex natura: humana à genitrice, divina à Patre; quæ quidem verba spiritus & vita sunt, uti originalis fons: à quo recedentes in potu invenerunt leihum & orcum, aqualique cocyci, ut perirent in æternum veneno poculi. Plaudatur ergo aquila celestis Ioannes, qui ita exhaustis radios æterni Solis, liberans ab aconito Cerberi Epheesium populam; quippequam aqua sapientie salutatis potavit illum. Dixit, & afflatus vicino Sole, resulsit.

Claud. de Bel. Gild. v. 348.

DIDASCALIA VII.

Mundi gloria, gloria mundi.

UNDE Seneca, Epist. 123 in re profert: Gloria vanum & volatile quiddam est, auræque mobilis. Hinc Salomon de se dicit: Ego Ecclesiastes fui Rex Israel in Ierusalem. Quid? Non erat, ubi iithoc vel in throno dictabat? Profectio erat, & ornatus honore, & decorus diademate, & coronatus divitijs, vallatus illecebris ad libitum insatiabilis libidinis, ad amulsum voluptatis, ita bonis terrenis perfuens ad votum; & ut in tot prosperitatibus aufugeret desiderium: dicitque, in gloria regni feliciter fuisse, verum cum edet, non esse; quippe gloria mundi uti volatilis, ita futilis & vana, quòd dum videtur prærens: iam sit præterita. Dicit nostra Tautologia: Expectans expectavi. Haud expectatur expectatio, sed quod in mundo concipitur voto: & quod concipitur, dum habetur, expectatur; quia gloria niteri mundi dum apparet, evanescit. Est quid volatile, subsistens in mutatione, dolo frostrans desideria; si facta corda; unde si expectatur, quod non habetur, in ipsamet fruitione quod habetur, expectatur; quippequam ita velociter præterit, quasi nunquam advenisset.

Seneca. Ecclesi. 1. 12.

Dum apparet, evanescit.

Psalm. 39. 2.

Claud.

Minuunt præsentia famam. Accinit Claudian. de Bell. Gildonic. v. 385. Parum novit embolium, seducens cerebram. Non solum minuit opinionem, sed entitatem: quandoquidem gloria mundi ita præterit, ut vana; quòd præsentis & ad oculum desideretur presentia. Quid est mundus? Figura quæ transire terra impressa, & evanescit calcata, sine ulla unquam entitate: etenim species eius

Glis, Apparet fia. Maech. 4. 8. Luc. 4. 5. eius stat tantum in specie. Vel à diabolo laccine desinitur, ut ab homine aviditas removeatur, quin valeat collyrium; quippe sequitur damnum, cognoscens dolum. Offendit seductor omnia regna mundi, & gloriam eorum. Aptè Offendit: nullam reapsè quiba signare entitatem, quippe tota mundi gloria tantum in ostentatione. Hinc in momento factum, ne reflexione fiat de futilitate iudicium: igitur si iudicio liberentur ab homine, cuncta momenta illius diceret nullius momenti. In momento temporis: etenim in alio temporis momento, totius ostentationis nec ostentatio; quoniam si in momento deficit, quod ostendit, præterit: simulque nudavit invite ostentationis dolum, quia tantum potest demonstrare defectam. Erit ne respicientia, vel dum cognoscuntur vana? Nullo modò: plus quam eritas vellicat entitatis cogitatio. Pater didascalisa in ipso textu: Offendit diabolus omnia regna orbis terra in momento temporis. Quomodo ostenderit, dabitur ab Expositoribus. Congerit sententias Alapid. hic, quem videlicet. Theophylactus cogitat, ad instar pictoris in aère efformasse varias rectorum imagines, per radiorum Solis refractiones; ut apparerent ad oculum, specieque rutila allicerent desideriam. Dæmonis calliditas videtur facta, quippe cuncta in apparentia & figura: nemo quidem sequitur felicitatis speciem, sed ipsam felicitatem: cur ergo dum fruatur dolum, redigit mundi gloriam in oculorum ludibrium? Ut facilius factos in votum alliciat, ac in seductionem trahat. Magis illicitur homo specie, quam veritate. Cognoscitur fatuorum conditionem, tendentium in vanitatem: ab impostoreque actu rerum omitteitur entitas, ostendente consulo tantum picturas; quippe inter bona vera & falsa, magis placent hominibus, quæ constant ex apparentia. Iccirò in momento temporis ostendit, quod appeti capit. Esti sumum, si breve, si futile; quodcumque bonum exponitur despiciabile. Non est soliditas demonis, sed techna circumventionis. Præsentiores illecebræ, si mulcimen breve & futile: ostenditque diabolus in temporis momento, in quod illicitur homo; quoniam plus illi amabilia, quæ magis vana. In momento temporis, propter pernicitatem durationis, & efficaciam mulciminis: equidem inter deceptæ cogitationis illecebras, magis aridet fugitiva felicitas.

Oculum ludibria.

Magis homo dicitur specie etc, quod entitate.

3 Mirum, quòd de trophis diaboli,

refert Athanasius in Vit. Antonij, quem sequitur Lippoman. Offendit ei (ait) fluxam sæculi gloriam. Intendit dæmon Antonium ab amore sæculi removeere, vel ad illum illecebris invitare? Allicere prorsum: fluxumque ac fugitivum fruatur vanitatis theatrum? Utique: magis allicet, quia breve: & inter vana, exponitur arte fluxa sæculi gloria: ut voluntas puncta apprehendat, ne gloria visa ex conditione pertranscat: igitur non erit aliter tempus in gloriam ostentationis; quia tota gloria tantum in momento temporis. Filij hominum, usquequò gravi corde? Ut quid diligitis vanitatem & queritis mendacium? Ut quid? idest, quo intuito? Si vanitas cognoscitur, non diligitur. Non effigit mente, sed corde, & gravi, in fugacem ostentationem tendente. Leocinium est, quod apparet, haud quòd prodest: vanitasque diligitur, dum cognoscitur; quippequam ad vanitatis delicias, maxinoperè prodest cognita vanitas. Mendacium homo percipit, quicquid mundum tamquam in gloriam adducit: cognoscitur mendacium sollicitè queritur, quando vanitas diligitur; equidem quòd malus in vanitatem mendacium, plausibilis in futillem ostentationem labellum.

Athian.

Eius aff matut forma, quia fuit givna.

Pl. 4. 3.

Vanitas diceba, quippe cognita.

Non pudet vanitatis? Minime. Ut inquit Terentius Phormion. Act. 3. scen. 2. v. 41. Perperam pudebit, cuius in vanitatem & apparentiam, in insaniam usque diligit: igitur nemo pudore sustinuitur, de quo gloriatur: & inter vanos, plus lucet in splendorem luxus futilis, & inanis apparentia; quam splendoris substantia.

Terent.

Pateat igitur fatuorum flebilis, sive ridenda mania. Imperio totius Egypti potius est Iosephus; & undique gloriose clarus in cuius futura insignia, varia etiam puer præviderat somnia. Natus est homo, ideoque simul natus fructum ludibrio: quapropter cum quadam somnia referret, illo-rum sibi liborem & indignationem conciliavit. Hæc casus somniorum atque sermonum invidia & odij fontem ministravit. Odij causa, conditioni humanæ videtur ingenerata: igitur nonnumquam superbia ingraturum, alium sibi præcellere vel per somnium. Odij ex invidia, contraria videtur causa. Odium planè ex aversione, vel fastidij semine: modò ex invidia, nascitur ex amore. Non ex eo quod displicet, sed quod placet: igitur odit in alio lividus ratione excellentiæ, quod percipit tantum sibi; sitque aliena causa in odium invidiæ

Gen est. 37. 8. Invidia crudelis etiam in honorem fratris.

fug.

furor, quod in delictum cogitavit amor: quandoquidem radix amara doloris, ex amore claret habiti, verum adversione habentis. Livor ergo est dolor de bono alieno. Quodam bonum in somnio, ut patet invidiæ tantum ludibrium phantasia: Bonum erat, fungi imperio; vanum se somniare Principem: unde igitur quod phantasticum duntaxat fovet livorem? Quia sonabat vanitatem. Homines non sequuntur vera, sed vana: illis stabilis fluxa gloria: cum magis in delictum vanitatis apparentia corda premit, quam veritas splendoris appetentes allicitat; omittunt livorem, fratrem demercentes Principem: invidentque somniant & usque in odium quia licet magnum imperium, erat imperium phantasticum. Si invidia ex aliena felicitate, in somnio seopus non est invidiæ; equidem duntaxat apparentia felicitatis, & sine entitate phantasiae vanæ colores. Quid itaque invidendum? Somnium & somnium: quippequam ad hominis delictum, cum somnium sit falsitas, & quod videtur, Principatus firmitas; plus diligit cogitatum falsitatis vanitatem, eò quod detervit ad phantasiae vaniorem ostentationem.

5 Inter Ethnicos Priscos Philosophos discendum olim, quo saltero subsisteret orbis? Alij dixerunt Amore; alij Dolo (vide dicta Tom. 4. T. 3. D. 4. n. 5.) Plato in Alcibiad. Ipse subsistit per se. Una est sententia diveritate vocis, ut mundi veritas consuet veritate falsitatis: etenim si dolo & per se subsistit; rosa eius veritas nihil erit, nisi fallitas. Fallax gratia que tantum in apparentia; nec homines respiciunt fallacia: etenim præstantius in amorem muleimen, quod habeat duntaxat doli ostentationis speciem. Amor ingeritur, ubi dolas cognoscitur, quin homines utantur iudicio, vel patente dolo: igitur tantus amor in fallaciam, dum fatue sequuntur gloriam; quod inter fictum & verum, arideat fictum, pondus præbens fomiti vanitatis, ubi nec species ponderis.

Non arri det falsitatis forma, sed signa

Plato

Qua dolo

Tob. 8.

Et sine subsistentia.

ne; cum apud illos detur pondus sine pondere: igitur si cuncta ventus vanitatis & ventus; quod ventus ad libræm non habet pondus.

Minus nihilo.

Succinit d. Terentius scen. seq. v. 2. Estne hyperbole: Aliter apparet impossibile. Non est, si in vana ducitur cor. Ubi levi levius additur, proculdubio levius fit. Ventus levis, gloria mundi vento levior. Ponderent librabitur? Quid, quoad ad pondus nihil est: Mundus ergo cum universa gloria non habet pondus, quia vento minor inventus. Buchan. hic.

Ventosa Regum, Principumque potentis Est vanitate vanior.

Adæque fumo levior, ut si splendoris Hanc lance vires omnium Inanitate hac collocet; cunctis simul Inanitas præponderet.

Orbis iter non rectum, quippe si orbis, nihil erit reatitudinis: totum nihilum & inane, quin conofcatur errore, affectu pravo, obliquitate iudicij; quandoquidem si recte pectus in pexerit gloriam; quasi nihil profecto despiciet eam.

6 Apud Orebomenon, duo sunt fontes, quorum alter memoriam, alter oblivionem affert: ait Plin. lib. 31. cap. 2. & Cael. Rhodigin, lib. 20. cap. 10. Idem de annulis astrologice instructis a Moysse, refer Petr. Comestor in Exod. cap. 6. de quibus alibi. Huiusmodi oppositi affectus videntur diversimodo in hominum cordibus. Quid prudentius? Quid utilius? Eritne salubrior oblivio vel recordatio? In cognitionem doli latentis, illecebris insidiantis, erit eius fallax gloria oblita, vel fallitatis memoria: In eis, qui non cognoscunt, memoria noscet; quippe voluptatis sagitta lædit vel fracta. In eis, qui corde calcant, & memoria obliviscuntur (quoniam nec oblivionis recordantur) magis prodest recordatio, quam oblivio: equidem cum ignorantes fallaciae colores fascinant; qui embolia norunt, falsitatem rident. Hi fontes erant ad introitum in antrum Tropho-nij, de cuius Oraculo dicam fuse in Ephe-mer. 6. Novembri. Felices iudicabantur, qui in specum ingressi, quasi mira visuri, ex quibus visis & cognitis, catenam per totam vitam necerem prosperitatis. Is, qui exiit e specu, primo attonitus videtur; paulo post ei presina mens & risus redit: ait Iul. Cæsar Bulenger, de Oraculis, cap. 91. Liquec hominis amentis lamentabilis miseria, quem sine mente recipiebant foveas in speculum dissidentiam avidissimè in

Terenti

Buchan

Plinio

Fontes memorie & obli-vionis

Bulenger

mundum, atque hilariter errantium: igitur duntaxat quibat sequi fallaciam; qui mentem habebat lætam. Nemo mente lano in periculum immergitur: iureque qui mundum vaftrum scatur, infans dicitur; equidem tantum qui ultro privatur ratione, cognitam prodictionem poterit sequi. Attonitus, qui ex mundi antro, quasi ex Tropho-nij specu exit, si exit, cum errore sentationum, ex fragore tempestatum, que irruerunt in Indieras, vanas cogitationes; ut evanesceret soliditas mentis speciebus vanitatis: equidem cum qualifaretur variis motionibus leve cerebrum; fulmen tonitru strepens reddidit attonitum. Frequenter igitur qui in circuitu ambulat, capitis vertiginibus laborat. Qui attonitus, semper apparet stupidus, suspensa facultate sensum, in usum rationali-um operationum: & dum ex feculi tenebris felix exit, seipsum quasi noscens stuper; quam attonitus est; quippequam mente recepta, noscitur non habuisse mentem, dum sine sensu ita in sanè secutus est fatuitatem. Lætatus itaque in anfractu iniquitatis, ambulansque vias difficiles, in-fensatum se agnosceit, & quia cum sensu magis attonitus exit; quandoquidem si exit in respicientiam faulle, in supplicium cæcitatit & poterat non exire. Unde qui specie pellantis vanitatis attonitus, inieci-citer hæret.

Remunque ignarus imagine gaudet.

7 Liquec hinc quomodo profic & noceat simul mundi oblivio & recordatio. In animo disfluente nocet memoria labentis mundi; quippe oculos amaret specie: equidem festivè seducitur, quicumque illecebrarum oscitant recordatur: simulque oblivio lædit, dum ille attonitus placet; quoniam cum eius dulcedines amarissimæ, vel in ipsa voluptate; miserimè ulque quaque decipiuntur, igitur voluptatum doloris non recordantur: interretur sanè insidiosa deliciae reminiscencia, modò crucia-tus cordis esset memoria. Quantum possimus (inquit Senec. Epist. 14.) evitemus incommoda quoque, non tantum pericula: & in tutum nos reducamus, excogitantes qui-bus possint timenda depelli. Non depellit vel incommodum, vel periculum; ubi species memoria vellicat animum: delictum enim, quod est acerbum, apparet; dum oblita amaritudine memoria incommodum fovet: igitur sequitur dolum, quasi non esset in ipsa recordatione periculum.

Species Tropho-nij, sym-bolū mū-dum di-gentis.

Virgil. 8. Eclog. 5. 710. Atin eius despectū validior memoria vel recordatio

Senec.

Terenti.

Accinit Terent. *Heautontim. Act. 4. Scen. 42. v. 25.* Equidem cum memor vanitatis, ob-livificatur mentis; ne possit efformare de periculo iudicium, fascinatō fugacitatis reddidit attonitum. Iccitō fictum, mundum fossilem habuit duplicem, memo-riam felicit & oblivionem: Quorum fi-liorum unum in terram destinat: alterum sub terra locat. Georg. Fabricius in Rom. fragm. & Cornel. Schrevel. in loc. præcit. Terenti. Unam vicissim abdicat, quum alium homo in mundi technis adoptat: etenim si voluptatis recordatur, dolorum il-lecebrarum obliviscitur: qui verò oblivio-ne conspuat, etiam sub terra vel memo-riam sepeliet. Miseriam non sine lachrymis fero, ac ipsa recordatione perterbor (inquit Gregor. Nazianzen, Orat. 16.) Idem-que vobis accidat, vellim; ut lachrymis lachrymas fugiat: etenim si ex doloribus lachrymæ, atque dolores ex illecebris mundi; ex dolore doli cogniti exultantes lachrymantur, ne decepti risu eiusdem lachrymentur. Otho Vanius, *Amor. Em-bliem. 44.*

Ludendo capimur, bibimus ridendo venenū, Atque locos inter vincula miscei amor.

Si timas laqueos, & si te vincula terrent; Terreat & lusus, ne capiaris astu.

8 Deinde, Ei, qui in ingressu ex antro Tropho-nij videbatur attonitus & lællatus restitua mente, reddidit risus. Speculum obicitur infarsivisa mundo, ut eis constet tristis, que festiva mulebat in eis constet lectatio: igitur si mentis impos, sardonice gaudet; qui mentem recipit, ut liber, Ionicè ridet: extinguit enim iudicium blandimine mundi, & risum movent ratio-nales sine mente. A sensatis despicietur, ab stolidis amarum: amor est error, quippe ob-lectamina dolor, & falsum gaudium mon-dusque despectus movent risum in irrisum; quoniam claritati mentis obvius dolas oc-cultus, callida vafritas, scena versatilis, totum labor, totum furor, gloria arumnas pictura; apparentis illecebra, fallacia; felicitas miseria, voluptas vana gaudia cordis embolia cuncta: ubi lætantes in plau-sum iure ridetur; quoniam festivè cæcis totum phantasticum. Distribuantur in respicientes & despicientes, potita ac excusa mente, exercitia Heracliti & Democriti. Illi ridet flebilis, hi sicut ridentia. Qui festantur, ridetur in lachrymas: qui despi-ciunt, sicut arumnas; quattuoquidem qui mente potitur (cum mundus ab illo uti mundus cognoscatur) lachrymatur mundi fatue scatur, & mundum ridet pruden-

Fabric.

Gregor. Nazian.

Oth. Van.

Cur ex mundo risu & queitur

Nescis, parum lucri, quantum ei damni apponet.

ter ob dolosas vanitates. *Causa subest. Nihil voluitis* (dicitur) *quin praeognitum.* Amor in mundum, haud oritur ex cognitione, sed ex errore mentis, ob affectionem ex defectu cognitionis. Haud ex rationali intelligentia; sed ex opica ignorantia; quippe fatetur qui se à mundo videt deceptum non habuisse in cognitionem iudicium. Si quod diligitur, ignoratur male diligitur. Cogrui tane, mundi recordari doli, ne noceat memoria mundi: equidem si obliuio in despectum intenditur; non despiciat, qui insidiarum obliuiscitur: haud paradoxum est. Latet & mulcet calliditate eius strueta fallacia: ergo ut obliuiscatur, adite memoria.

Ioan. 15. 26.

9 Totum documentum ita proficuum, exprimit Christi praeceptum. *Asseclis dixit: Ego elegi vos de mundo. Non vos me elegistis, sed ego elegi vos & posui vos; ut estis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat.* Cur ergo discipulos, qui mundum despexerunt, remittit in mundum? Ex mundo exiit & elegit; & in illum & iam calcatum inducit? Videtur sollicitate in praecipua discrimen. Nullo modo, sed mentis superiorem libertatem, & erroris cognitionem. Mundus est tabula graphice picta, ac coloribus amena. Si longe distant, lumina infatuant, ac elegantia in discretione titubant: igitur arbitrantur quasi in perspectiua mirabilia videret; & quae suporem conciliant, vere oculorum praestigia: unde quos à mundo Christus eduxit, ut illum explorent cominus, meditatio remittit; ut colores à mundo struatos in mulcimina fraudis, experiantur dum taxat esse colores. Mundus ideo vel in ostentatione fugit, quia cognosci in vanitatibus cauet. Species eius invitat, pulchritudine delectat, venustate fascinat, artificij astu decipit, strophis arte seducit; unde pellicitur, seu extorquetur voluntatis amor, quin mentis à fatuis. cognoscatur error, qui quidem augetur maxime, si colores floreat longe: in mundumque alieni à mundo, mittuntur; ut memoria obliuiscantur: quandoquidem in despectum vanitatis, oculis propè monstrantur non res, sed rerum species: speciesque tantum rerum, non cordis illecebrae; sed oculorum ludibrium.

Quomodo totus dicitur

10 Mundus nonnumquam habet velatam faciem, atque larvam discolorum. Vultum nudare oportet, quum latere fatagit. Non cognoscitur, quandiu non videtur: & cum aperta fronte, clarescant in ludibrium embolia mundi; iubet Christus, quod pro-

cedat non voluntatis affectu, quod fraudes mundi demonstret hominis ratio: etenim si propè cognoscit inditam saeculo fraudem; minime causam cum ratione voluntas habet in dilectionem. Praeterea, mundum relinquere, quin sic à deserto cognitus; proculdubio celsa virtus. Relinquere, ob cognitum falsitatis lenocinium, profecto exulantis commodum. Necessitas est, ubi interius agnoscitur; quod ratio dicitur, cum necdum cognosceretur. Despectus congruit virtuti, odiumque necessitati: quapropter cum Christus intendat odium ad mundi despectum, despecto, iubet iterum videre mundum quoniam non in eum amorem, sed iure auersionem conciliabit, qui eius fraudes atque technas in lenocinio cognoverit. Quia officiarum non cognitio, ingeritur cordi fatuorum dilectio, vadant in mundum, ut supplantationes noscant; vadant, ut astutias veteratoris dilectoribus ostendant: igitur si cognoverint etiam leviter mundum, erit necessarium odium.

11 Iter mundi sane constat tortuosum, sed despicientibus rectum, estò videant titillantes illecebras, impellentes delicias, maiestatem dominationis, adorationem eminentis potestatis, gaudia grandia, cuncta prospera, & ad verum lenocinia. Cuncta vota ex ignorantia: igitur si mens aliquando reddita, non solum movere explorantes in despectum, sed & in rifum: qui enim exultabant maximopere gaudentes; irretiti acerbitatibus, ridetur gaudia plorantes. Eliguntur de mundo Apostoli, ut in mundum ex quo exiverant, eant, & fructum afferant. Fructum ex mundo? Qualis ita pullus ex ovo malo? Malum, quod viderint, ut proditorem demonstrent: etenim in deceptis fatis utilitatis cognitio erroris. Cautio est pro fructu: & ex mundi amara sterilitate, videntes afferunt fructum; quia stabilitatem formant ex praecipitijs aliorum. Mundi fructus est incognitus dolus. Frustratur, si dolus visus in argutijs insidiarum; quia frustra iacitur rete ante oculos pennatorum. Haud sine fructu iter in despectum orbem: vident fraudem: nullaque erit in strophis supplantatio; dum viget despectu, supplantationis cognitio. Qui mundum ignorantia sequuntur, in fallacij caespitantibus miserè cadunt. Qui spurum vident, insidiarum cognoscunt: videreque Christus iubet, quem sequi prohibet; quippe minime amatores mundum sequentur, modo obsequia, quibus lactat, uti insidiat

Despiciatur, si in terne videtur.

Cognitio eius falsitatis si gnium saluti.

Ubi sup.

S. Bened.

Cognoscenti insidiat, eius evanescit falsitas.

Gen. 24. Tertull.

Cur mundus dicitur deus famina?

Fructus sterilitatis non dicitur, cognitio sterilitatis.

cognoscantur. *A saeculi actibus se facere alienum.* monet Monachus, illorum Dux Benedictus, *Regul. Sancti.* cap. 4. Saepè huius auctoritatis acumen exposui. Satius videtur esse alienum, quam se facere. An quia virtus nitet, Monachus esse in mundo, quasi non esset? Alius in nostrum articulum. Alienum à saeculo esse, est saeculum ignorare: se facere, est mundum despectum nosse. Illud est saeculum, ne fascinet, fugere: hoc, dolos cognitos videre: & non dicit, se alienum à mundo esse, sed se facere; ut virtus nitet, quò saepe miserè cadit: quandoquidem nec cadere valet, nec mundum diligere potest, qui eius in fraudem illecebras, ad ludibrium seductoris videt patentes insidias.

12 Eijcitur Adamus ab orto felicitatis: & ne subsistat in successivis miserij; Eijcitur cum saeculi dote: Ita Tertullianus, de *Patient.* cap. 5. Singularis proes me taphora, ut bona mundi cognoscantur futilla, voluntaria ante aviditatis oculos, quorum numquam est aspectus. Mundi Praes & à Namine constituitur homo, & sine rivalis & eius gloria sublimior feminae confertur dote? Iure. Inter res artificiosè fallaces, nulla futilior dote mulieris (minime dicent mendacium, quod summum; ni qui duxerunt) promittuntur quidem magna: verum in effectu nulla; ad speciem pretiosiora in decorem, sed decus cum ficta pretiositate ad speciem: unde cum felix forte dextrà praedictur, à quo forinosa divesque femina ducitur; illusit meritò queritur: igitur promissam cum sponsa non videt dorem, & pro dote in adiuticulum uxoris habet gravamen. Haud secus accidit, dum saeculum caeca dilectione homo quasi sponsus ducit. Nihil exponit inluave, nihil non dulce, spondendo totò in tempore faulta, quin possint esse levi acerbitate mista. Fallitur homo, si caelum arbitrat in exilio. Promittit, ut rapiat cordis affectum, & reddat amorem attonitum; magna, mira, summe pretiosa, sed falsa: & mundus uti dos feminae datur exuli, vivitque saeculi dote; quia quod in mundo nitet pretiositate speciosum, totum fictum, totum falsum: mendax, fugax, fallax, in vanitatis ostentationem, splendoris vanitatem; ut clareat etiam caecis mundus ut mundus, in quo sicut in dote, dolus & dolus: igitur qui plauduntur, plorant felicitate infelices; quippe solum volitantes felicitatis species; ut saeculi proditoris amica gaudia dilectoribus consent gaudij

Tom. VII. Tautol.

& phantasiae ludibria. Eant igitur in eum; qui desperaverit mandam, ut maneat fructus illorem, indicantiam alijs fraudem, ne cadant; alijs vulnus impactum, ut resipiscant: etenim si dolo erroris vulnus, valebit pectus: eritque mentis furor, si dulcedine ficta ex corde adoratur error. Ingeniosè oim Vates Hispanus accinuit: *Cognitio erroris, amica: Error at cum prodicione: Illud dolor sine vulnere, Vulnus hoc sine dolore.*

13 Inpiciamus tentationem, quam fanatici plau-lunt ampliorem felicitatem. Cum ex conflictu primo demon exiit sine triumpho concepto; Christum tunc assumpsit diabolus in sanctum civitatem; & stavit eum super pinnaculum templi, & dixit ei: Si filius Dei es, mitte te deorsum. Plerique à diabolo elati, & per flagitia in fastigium dignitatum assumpti, arbitrantur se deventuros in brachia mollia Angolorum, & corruant in manus demonum (Videis illud Heronem ostentatione sanctitatis pereuntem, apud Cassian. *Collation.* 2. cap. 4.) lamentabile sanè arrogantia periculum: verum noticius, ubi illorum praecipitium cadit ad votum: igitur numquam remouetur cordis pravitas, quando floret in pretium felix iniquitas. Quod intelligatur per templi pinnaculum, inter AA. est creperum. Palatius hic inquit: *Pinnaculi significatio est illa ala ex levi ferro confecta, quae supra summa teila solet collocari; cuius motu veniorum differentia discernantur.* Plenè cognoscuntur in saeculi vanitate, elevationes factae & assumptiones à demone; quippe totus splendor & ostentatio celsitudinis in aere: equidem si motu emittentis pravus splendet, diabolus movet. Utr de non illum elatum in illicita moveat, sese pravitati attemperat. Vernaculus; *Co-gole el aye:* claretque usque quaque motus à diabolo; quia movetur ad quolibet quolibet vento. Iuxta aëris flatum, leviculum pinnaculi in cacumine movetur. Est condicio stantis in summitate lubricae celsitudinis, flante vento susurroneis; maxime si cognoscat interna vulneca, quae fatagat esse ignota: equidem ala fabricata à demone, qui movetur elatus vocis vane levi flatu. Vigilanter Noltrates: *Es velata del diablo, moverse à un soplo.* Haud iuxta leges in iudicio procedunt, quippe in cunctis sibi consulunt: meritoque signantur Tritones curruum; quia iuxta flantem ventum, levi motione aëris nu-

Matth. 4. à 5. Peccata notiora, si falsicia.

Palat.

Ar. 2. 2. motu in deceptio- ne in bo- minis.

Qui à diabolo assumpti, lar- vae levi- monis.

Yy

tu

tu diaboli, sine iudicio iudicij prævaricantur sententia. Clamat tenor legis, cæterum cum iudicij præiudicio non est ius. Ne sit tempestas velum rationis in navigatione politica contrahendum: torquentur etiam iudicium, rationalis gubernaculum: igitur periculum summersionis, ni iuxta ventum flantem moveatur navis. Necessè est dialæctos nostras regerere: *Et cosa del diablo, y peligro de irse à piques no navegar con el viento que corre.* Comoda recitidinem declinant iuris.

Virgil t. Georg. N. 131.

14 In Didascaliz propositum flectatur calamus. Super templi pinnaculum in vanitatis ostentationem, & mundi festivi demonstrandam celsitudinem, diabolus assumit suos, non ut maneretur, sed ut plectat affectus. Dolo tollit & extollit, dum in mundi felicitatem assumit. Dolo igitur dum gaudia exponit, voluptates pingit, elevat vasè & in dolum; quippe incaute assumptos elevat in præcipitium. *Mitte te hinc deorsum.* Quid est *Hinc?* Haud alium apertum habere poterat, quem diabolus in superiora veterator assumpterat. Ex culmine à Deo electus, potest evolare in Empyrium: haud qui assumptus astu demonum, ductus elevatione in furorè, agens iuxta voluptatem, *Hinc tantum descendens est:* equidem qui ita assumitur; ita in præcipitium ab electoribus datur. Dispositionem igitur lapsus dicit assumptionis situs. *Super pinnaculum templi.* In Tritone ad indicem gloriæ mundi: igitur cum plena sit vanitatis, futilis ostentationis; haud aliud vividius quibat eligere symbolum: præter indicem ventorum. Ventus motus aer est: ex hoc gloria mundi fit: & propriè confertur vento, aëri impulsio, dum coruscet vanitatis ostentatio: quia gloria mundi mota sicut aer agitatur, & sicut aer, quamvis mota non videtur. Unde ergo nisi fatuus illicium cordis, quæ non visibilib: Index patet præstigiatur, in allucinationem oculorum: equidem si in culminis ala indicatur mundi gloria, & in illa videtur frequenter aëris motus & motus; pompa mundi & ostentatio dumtaxat ventus & ventus. Instat vitri splendoris afficit claritas, verum à fatuo non videtur fragilitas: dum splendet, frangitur: crepat, dum premititur: cum usu profectò fragile, & sine usu videns prorsum inutile. Amplexus sæculi ad ficta bona, sunt vincula: mu-

Iuc. 4. 9.

Cur aeri, ventoque finit, tur gloria mundi

nus libertatis, compedes metus stabilis, firmitas volabilis, totus mundus mendacium cum ornatu veritatis, atque larva entitatis apparentis. *Vincula huius sæculi appetitatem habent: veram, incunctatam falsam: certam dolorem, incertam voluptatem; durum laborem, timidam quietem: rem plenam miseria, spem beatitudinis inanem:* inquit Aug. *Epist. 39.* & Paulinus apud eundem *Epist. 26.*

Blandum nomen Honor, mala servitus, exitus ager.

Quem nunc velle iuvat, mox voluisse piget.

15 Ratio in ipso textu. Diabolus assumptum fulsit in altum; sed iussu mitti deorsum. Miraculum verutè intruxit in gloriæ vanissimæ ostentationem, quod distulavit Christus allucinans demonem, dum vel sursum spectantibus se exhiberet invisibilem. Ita imperfectus hic, *Honil. 5.* Dæmon prodigium (dum præcipitium, enixe sollicitabat) ostentare circumstantibus cupiebat; quippe prodigium & insigne, hominem videre suspensum in aère, vel stare in apice, seu cacumine alecæ, & dum ita diabolicè elatum statuit, in præcipitium blandiminibus urget; ut homo cognoscat ruinam, dum à dæmone ducitur in mundi apparentem gloriam: etenim quod astu floridè exponit tamquam miraculum & lubricum, ut præeps ruat usque in barathri profundum. Perproptèr Ethnicus deprompsit incogitatum ruinam, fingens Fortunam *Viscatam*; de qua fuso in *Ephemerid.* vitâ comite. *Fortune Viscata ades, quod procul ab ea captiamur & adharescimus:* inquit Plutarch. *Rom. 99. 73.* Budæus apud Gyraldum, *Synib. 9. 16. 9.* *Hixentariam, sive Viscatricem* vocat. Haud quia attrahit, sed quia volantes, visco implicatos allidit. *Favos, indoctos & inertes Fortuna, quando paululum ab ea sublasi opibus, bonoribus, imperijs, in sublime advolarunt; mox præcipites ferri ostendit:* subdit Plutarch. libell. *Ad Princip. indoctum, in fin. Venusta prorsus figura, dum avidis vanitatis mundi fallacis insidiatur gloria: igitur idem est, ad huiusmodi picturatum fortunam pennis dæmonis volare: ac visco latente subdolo, sine adiutorio corruere.*

16 Dicit Iobus sub persona peccatoris, de proditioe mendacis mundi querentis. *Matatus es mihi in crudelè, & in duritia manus tua adversari mihi: elevasti me & quasi super ventum ponens, allidisti me validè.* Floridè Mellius Soufa hic, lucinat:

Qua mo. ista riu. 2. aubal

August.

Quod ostenditur miraculum, est præcipitium.

Fortuna cur i. viscata

Plutarch.

Budæus

Plutarch.

Teper. d. v. 44.

Iob. 10. 22.

Ei

Et mea fors felix quondam, velut umbra recessit:

Soufa.

Ab stultis, ut cineres ingenti turbine ventus. Heu mi! Quondam celsum tua dextra levavit

Me super instabiles (ventorum flamina) sedes.

Maior ut in præceptis casus me lederet actum.

Pl. 77. 27.

Quis diabolus in felicitatem assumit, lapsus percellit.

Pl. 16. 20.

Benavid.

Teper. d. v. 44.

Patet aridens, ut volarent, fortuna, verum viscata. Nesciebant insidias, qui quærebant alas in vanitatis illecebras. *Volatilia pennata* dicuntur in Scriptura: disfluentes post vana (qui frequenter improbi, à diabolo facti & facti, in fortunam dolo assumpti, & illa abutentes in opprobrium virtutis, & insolentiæ tyrannidinis, quasi immortalis esset caduca prosperitas, sicut illorum malignitas) sunt in sæculo pennata, sed minime volatilia; quippe in imperia, honores, opes & felicitates, ut cupiditas ex abrupto advolaret, pennas dæmon præstigiatur præstitit. Alliciebat fortuna, sed ab asistente diabolo struebatur lutela: equidem cum diabolus in cacumen prosperæ fortis, mundanæ felicitatis assumeret, ut ultra usque in fortunam irritantem cupiditas perveniret; inventi sunt usque in infernum præcipites, qui gloriabantur volantes: etenim visco fortunæ alis implicitis cum non possent subsistere; necessarium erat, usque in inferiora labi. *Inimici Domini mox ut honorificati fuerint & exaltati, deficientes quemadmodum fumus;* ex quo nihil nisi stercus: igitur cum per aëra volarent, & ascititas demonis alas haberent; ipsi elevatione invenerunt irrevocabilem casum; quippe fortunæ terigere viscum. Signavit Iuvenalis, *Satyr. 10.* à 104. & Benavidius, lib. 2. *Epigram. 78.*

Emine impulsu quo graviore ruat.

17 Perfereremur. Mundus ambientem eius fortunam super ventos elevavit: & allidit? utique. Videtur multis fallacem omnibus, sibi non fore; quasi ulla gauderet fide; illeque veritate potius fallit: nonnumquam sicut ille alius veterator dicit:

Hic me huiusmodi sciebat esse. Fefellit: Ego nibilo sum aliter, ac fui.

Est quod fuit, & fuit quod erit, secum habens viscatae felicitatem in mediatum discrimen. Nemo hominum potest volare, & in aère sine pennis subsistere. Dæmon pravis cogitationibus alas confert, & super ventum constituit, ut avidè optaram, mundi amplexetur fortunam; cuius visco

Tom. VII. Taut.

inherent alas: uade necessarium impetè & validè allidi; quoniam præcipitium sequitur, quodcumque grave super ventum collocatur. Dæmon luteator super ventum elevavit, sed è vento præcipitem misit. Haud homo experiretur ruinam, ni amplecti veller fortunam, cuium glutine magis excussit, complicitur pennæ: hincque præcipites corruunt, qui stupidi vanitate super ventos elevantur; etenim cum nihil ponderis possit subsistere in aère; ex nubibus aëris in orcum expelluntur gravj corde. Dolosus utique qui ex cum excelsæ turris in fastigium elevat; ut inde in saxa deiciat. Homine allisione respicit: Noluit intelligere, ut bene ageret: iteratque etiam collisus propositum, quippe dolor ex lapsu surripit sensum: caduque patienti ignotus, quoniam vivit fascinatione insensatus, quin cognoscat vel in pena gaudia mundi, mundi gaudia, nec rationis restitidinem ob fastilem vanitatem. *Ovven. 1. Epigr. 49.*

In mundo nil constat, in orbem vertitur orbis:

Quid mirum, velli quod sit in orbe nihil?

DIDASCALIA VIII.

Nihil equè amarum, quam diu pendere.

1 **U**T inquit Seneca, 2. *Benef. cap. 5.* Ensis enim in cervicem cogitationi sicut Democli, suspenditur, ubi exitus expectatur: gliscitque cordis afflictio, & intabescit animus; quia numquam exitus. Unde verum: *Satius esse semel cadere, quam saepe aut semper pendere;* ut altè idem, *Epist. 22.* & Tertullianus de *Patient. cap. 1.* *Bonorum, sicut & malorum (inquit) intolerabilis magnitudo est.* Pater tormentum in osticatione iudicium pro expeditione causarum.

Ensi & iniqui:

Ait Ovven. lib. 1. Epigram. 131. etenim si bona, cunctatione mala causa: si mala, iam pessima: quoniam semper molestem, expectatio vel bonorum vel malorum: semperque in gravamen vel cum palma sententia iudicis, per morulas decisionis: quapropter semel eligitur cadere, quam diu inter cogitationes malorum fatè etiam bonorum, pendere. Hæchtanus, *Microscop. Emblem. 19.*

X y z

Neg

Totum pondus gloria mundi calcicatur in aère

Homo quare cogit, & nescit.

Ovven:

Seneca:

Tertull:

Ovven:]

Indicum cur, ratio prior list. 20.